VOTA, ET MOTIVA A PROCESSV IN CVRIA DOMINI IVSTITIÆ ARAGONVM, ET SCRIVANIA IOANNIS LAVRENTII

Villanueua, Scriuę principalis eiusdem Curiæ, & Secretarij Domini nostri Regis, habito, & actitato, intitulato Processus Procuratoris Fiscalis Maiestatis Domini nostri Regis, in pręsenti Aragonum Regno, & Iuratorum, Concilij, & Vniuersitatis villę de Estopañan, aduersus Illustrem Marchionem de Ossera, sup. ciuili.

¶ *Pronuntiatum die 16. Ianuarij, Anno 1637.*



¶ Cęsaraugustæ, apud Christophorum de la Torre.

C. J. 16. Januarij 1637

IN processu & causa in Curia Dñi Iustitiæ Aragonũ, habito, actitato, & existẽte, Intitulato Processus Procuratoris Fiscalis Maiestatis Domini nostri Regis in præsenti Aragonum Regno, & Iuratorum, Concilij, & Vniuersitatis villæ de Estopañan, super ciuili. Interuenientibus in Camera Consilij, eiusdem Curiæ, Illustrissimo Domino Don Augustino de Villanueua & Diez, Militi, Maiestatis Domini nostri Regis Consiliario, ac Iustitia Aragonum, & Illustribus Dominis Hieronymo Garcia de Benauarre & Prad, Hieronymo Torrero & Embun, Didaco Canales, Ioanne Chrisostomo de Exea, & Hieronymo del Caluo, eius Locũtenentibus: Existenteque dicto, & præintitulato Processu in deliberatione super sentẽtia difinitiua in eodem ferẽda. Tam dictus dominus Hieronymus Torrero & Embun, præintitulati Processus & causæ Relator, quam cæteri Domini Locumtenentes, cõcordes fuerunt voti & opinionis, quod tenetur & debet pronuntiare. ET RESERVATO iure, si quod habet, & competit Dño nostro Regi, in vim instrumenti confecti per Rodericum Garcia de Villalpando, in fauorem Domini Regis Ioannis Nauarræ, Infantisque Aragoniæ, in Ciuitate Illerdæ, sub die quinto mensis Martij, anni millesimi quatuorcentesimi trigesimi primi, & per Antoniũ Nogueras Notarium publicum receptum, & testificatum, & sine præiuditio dictæ reseruationis, in omnibus alijs contentis in petitione ciuili, oblata pro parte domini nostri Regis, & Iuratorum, Concilij, & Vniuersitatis villæ de Estopañan princip. D. A. Antin, & P. Hy. Guindeo proc. contra Illustrem Don Ioannem de Funes Villalpando & Ariño, Marchionem de Ossera princip. P. Ios. de los Bayos, & F. Berbe-

 gal

gal proc. conuentum in præsenti processu. Absoluimus eundem Marchionem, silentiũ perpetuum partibus respectiue imponendo, neutram partium in expensis condemnando, cætera supplicata locum non habere. EX EO, & aliàs absoluitur prædictus Marchio, quoniam ex deductis, & probatis in Processu constat, quod existente præfato Rege Ioanne Nauarræ Domino vtili, & fæudatario Commitatus Ripacurtiæ, per infæudationem factam ipsi ab Alfonso Rege Aragonum, el quinto nuncupato, eius fratre, donauit, seu dedit in fęudum, & iure fæudi præfatam villam de Estopañan, sitam in dicto Commitatu Ripacurtiæ, præfato Roderico eius Consiliario, propter plurima obsequia, atque idonea seruitia per dictum Rodericum impensa, & exiuita; quam sub infœudationẽ dictus Rodericus acceptauit, cum omnibus conditionibus in dicto instrumento sub infœudationis contentis: eamque laudatam fuisse apparet per Regem Alfonsum eius fratrem, reseruatione adhibita verbis sequentibus: *Absque tamen nostro praiuditio, auctoritatem nostram interponimus pariter & decretum, seruitio & iuribus nostris in omnibus semper saluis*: Constat præterea, in Curijs generalibus celebratis, apud villam de Valderobres per dictum Alfonsum Regem, die quarta, mensis Decembris, Anno millesimo quatuorcẽtesimo vigesimo nono, facultatem præstitam fuisse dicto Regi Ioanni, vendendi, pignorandi, obligandique, quęlibet Castella, Villas, loca, iurisdictiones, & alias præheminentias dicti Commitatus Ripacurtiæ personis bene visis, & pro quantitate & prætio quo libuerit, verbis sequentibus adiectis. *No contrastant qualesquiere vinculos, & conditiones, con las quales el dito Rey de Nauarra posside el dito Condado.* Rursus constat, præfatum Regem Ioannem, prædicta vtendo facultate, per actum Curiæ, sibi præstita, vendidisse præfato Roderico, sibi, & cui ipse voluerit in perpetuum quintam partem decimæ, quam habebat dictus Rex Ioannes in locis de Estopañan, & de la Espluga de Sant Quilez, aliàs vulgariter apellato el Mas de Enrofla

prę-

prædicti Commitatus Ripacurtiæ, pro prætio mille florenorum auri de Aragonia, quod recepisse confessus fuit dictus Rex Ioannes, vt ex instrumentis venditionis, apocæq. resultat. Item constat, eadem vtendo facultate, dictum Regem Ioannem vendidisse, etiam dicto Roderico, successoribusq. eius, & cui ipse voluerit in perpetuum, ius quistiæ, quod per singulos annos exhigebatur, & soluere tenebantur, Baiuli, Iurati, & Vniuersitas, & singulares personæ dicti loci de Estopañan, instrumento gratiæ sibi reseruato, pro prætio mille ducentorum florenorum auri de Aragonia, quod recepisse confessus fuit dictus Rex Ioannes, vt ex apocæ, & venditionis instrumentis liquide apparet. Vlterius constat, quod existente iam dicto Roderico domino vtili dictorum locorũ, directoq. iurium decimę & quistiæ, vendidisse, etiam in vim dictæ facultatis, per Curiam generalem concessæ, & cum insertione prædictæ facultatis, prædictum locum de Estopañan, & locum, siue mãsum vocatum la Espluga de San Quilez, alias el mas de Enrosla, prædicto Roderico, & successoribus suis, & quibus voluerit in perpetuum, cum iure etiam, quod ipsi Regi quomodolibet pertinebat in fœudo dicti loci de Estopañan, & cum terminis ipsius, alijsque in instrumento venditionis contentis, *franca, libera, & quita, ab omni censu, violario, aniuersario, & alia quauis obligatione, onere aliquo seruitutis, tributo, vinculo testamenti, contradictione, & mala voz e nostra, & alterius cuiuscumque personæ, quæ dici, vel nominari possit, vel alio modo ex cogitari*: Pro prætio quatuor mille florenorum auri Aragonum, & cum obligatione, siue pacto, quod vltra supra memoratum prætium, & loco ipsius, teneatur prædictus Rodericus seruire ipsi Regi Ioanni, cum decem hominibus armorum æquæstribus per sex menses suis proprijs sumptibus, absque aliquo stipendio per dictum Ioannem Regem daturo. Quod prætium quatuor mille florenorum recepisse confessus fuit Rex Ioannes, vt apparet ex instrumento apocæ: & etiam liberauit, atq. absoluit eiusdem

ab

ab obligatione, & seruitio dictorum decem hominum, per viam compensationis, pro quantitate correspectiua, quam debebat præfatus Rex Ioannes dicto Roderico, vt videre licet ex absolutionis, & apocæ instrumento. Denique constat præfatum Rodericum, eadem die venditionis præfatæ loci de Estopañan, & aliorum, promisisse restituere dicto Regi Ioanni, tradere, deliberare, ac tornare dicta loca, semper, & quotiescumque ipse Rex Ioannes, cum iustis, & suficientibus titulis dederit ipso Roderico, aut suis alia locum, seu loca in Regno Castellæ ęquiuallentia dicto loco de Estopañan, & Manso de Enrofla, siue loco de la Espluga, vt puta in numero vassallorum, atq. redditibus, & iuribus, quotiescumque fuerit requisitus per dictum Regem Ioannem dictam recompensationem, vt ex instrumento ad prædicta cõfecto deducitur, quod factum fuit Illerdæ quinto Martij, anno millesimo quatuorcentesimo trigesimo primo, & per dictum Antonium Nogueras præfatũ Notarium receptum, atq. testificatum. QVIBVS omnibus sic in facto suppositis, ex eis elici, & inferri existimamus, venditionem factam per Regem Ioannem dicto Roderico eius consiliario, non iure fœudi, seu fœudalem esse, sed imo potius allodialem, per eamque dominium directum translatum fuisse, quod ex sequentibus conuincitur. Primò, ex facultate concessa per actum Curiæ prædictum, de cuius potestate ambigi non potest, nec de voluntate; vt ex illius verbis deducitur in ea, etenim conceditur facultas vendendi, & sic libere: Nam venditionis nomen, sui natura, libertatem rei venditæ præsupponit, in qua consistit proprietas, & natura ipsiusmet verbi, *vendere*: Nec necesse est quod adijciatur, verbum *libere*, cum ex natura cõtractus venditionis hoc venire dicatur ex mente iurium, & Doctorum. Et sic, cum in facultate prædicta restrictio vlla non reperiatur, in omni comprehensione, & proprietate verbi præfati *vender*, debet intelligi, quia venditionis nomen omnem alienationem comprehendit. In super ex alijs, ibi: *No contrastant qualesquiere vinculos*, nam

per

per verbum illud, *qualesquiere*: omnia grauamina, & vincula remissa censentur, quibus Rex Ioannes posidebat, vsq. in tempus præfatæ venditionis, & cum sint verba vniuersalia distributiua, nō indigent specifica expresione, propter eius capacitatem, & summam comprehēsibilitatem: & quia postmodum adiectum est verbum *cōditiones*, quod proprisimè referri debet ad pacta, & ad omne id quod obstare poterat, vt Rex Ioannis posit libere vendere. Accedit, quod vinculi appellatione fœudum continetur. Igitur cū dicatur in venditione quod, *no contrastant qualesquiere vinculos*, Dominus Rex Ioannes dicto Roderico loca vendiderat, fateri cogimur, vt secluso fœudo, facta venditio intelligatur, & sic libere. Præterea, ad transferendum vtile dominium, consensus curiæ non erat necessarius, sed ad directi translationem, quod, nequaquam, sine ipsius Curiæ consensu alienari poterat, & sic, Procerum Regni interuentio adhibita censetur in casu necessario interueniendi; quia sic semper in casu necessario prouissum præsumitur, nam in alio casu frustratoria erat authoritas Procerum: igitur, in præsentiarum, ad dominij directi, non vero vtilis alienationem. Rursus, quia præfatus curiæ consensus illusorius redderetur, ad vtilis tantum dominij translationem, nam sine eo Rex Alfonsus præfatus, suum consensum adhibere poterat fratri suo Regi Ioanni, vt possit alijs sub infœudare dicta loca Commitatus Ripacurtiæ, ex quo erant bona solita sub infœudari, vt videre est, in sub infæudatione facta per Regem Ioannem dicto Roderico, & alijs, & sic non est credendum, prefatum Regem Alfolsum, ad id quod ex propria persona facere potuerat, Curiæ, adque Procerum consensum ex postulasse, cum, eis inuitis, facere poterat. Confirmatur discursus, nam Curiæ facultas Regi Ioanni fuit cōcessa ad vendendum dicta loca, pretio, aut pretijs ipsi bene vissis, & ex hac libera facultate, vt faceret quidquid sibi placeret tributa, libertas intelligitur concessa, vt vendere, nō in fœudum, sed in alodium possit: quia semper, & quotiescumq. prętium est con-

dignum rei, quæ venditur, non poteſt fœudalis, ſed alodialis iudicari, ex doctorum cenſura, alias enim non eſſet correſpectiuum pretium rei venditę, quod non eſt pręſumendum. Rurſus ſuperiora falciuntur, nam pręfata facultas Regis Alfonſi, & Curiæ a Principe in Principem fuit conceſſa, quæ latiſsimè venit interpretanda, & ſic comprehendere debet omnes caſus, qui intra cancellos pręfati contractus amplecti poſſunt. Denique ſuperiora roborantur venditione poſtea ſubſecuta, facta per dictum Regem dicto Roderico, ex qua, & ex clauſulis in ea inſertis, apparet, vēditionem pręfatam iure pleni dominij, & in alodium factā fuiſſe, non vero infœudum, vt ex ſequentibus liquido dignoſcitur: nam Rex Ioannes aſſerit ſe vendere dicta loca, *franca, libera, & quita ab omni cenſu, violario, aniuerſario, & alia quauis obligatione, onere aliquo ſeruitutis, tributo, vinculo teſtamentiq́ contraditione, & mala voce noſtra, & alterius cuiuſcumq́ perſona, qua dici, vel nominari poſsit, vel modo aliquo ex cogitari.* Si franca & libera ab omni cenſu, onere aliquo ſeruitutis, tributo: igitur ſine obligatione iure fœudi recognoſcendi alium in dominum: Quam recognitionem quis dubitauit ſeruitutem, atq; onus apellari? ergo in alodium, non infœudum. Item ſi libera ab onere aliquo ſeruitutis, tributo, noſtro, & alterius cuiuſcumque perſonæ, ergo libera, & ſine fœudo, & obligatione recognoſcendi dictum Regem Alfonſum; quia ſub illis verbis, *alterius cuiuſcumq́ perſona*, etiam perſona Regis Alfonſi comprehenditur; & multo magis ex verbis ſequentibus, *vel modo aliquo ex cogitari.* Similiter ex alijs, ibi: *Extrahimus pradicta omnia*, & rurſus, *pleno iure, abſq́ noſtro, noſtrorumq́ retentu*; quæ verba ſecundum mentem Doctorum, in alodium ſonant; quibus conſonant, & quæ ſecūtur, ibi: *Pro pretio autem, &c.* quod quando eſt condignum rei quæ venditur, ex cenſura Doctorum (ſicut fuit in præſenti venditione) præſumptio clara, atq. liquidiſsima conſurgit, venditionem in dominiū directum, potius quam in vtile, celebratam fuiſſe. Deinceps,

nam

nam prætium in hac venditione contentum, & ſolutum, nō poterat eſſe pro dominio vtili reddituum prædictæ villæ de Eſtopañan, quod iam Rodericus habebat, ſine pretio, virtute ſub infœudationis factæ a ſuo fratre Rege Alfonſo; neq; pro iuribus decimæ, & quiſtiæ pretio condigno venditis, in vim facultatis Actus Curiæ: ergo a ſufficienti partium enumeratione, pretium quatuormille florenorum auri, cū obligatione ſeruiendi cum decem hominibus armatis, & cū ſua perſona dictus Rodericus, contentum in dicta venditione prædictorum locorum, non poterat eſſe niſi pro dominio directo, & alodiali, non vero fœudali: nam iſtud ſecundum conſtitutiones Cathaloniæ (ſecundum quas fuit infœudatus Rodericus) ſine domini directi licētia alienari poteſt; vnde fateri cogimur, præfatam venditionem ad proprietatem, & dominium directum reſpectum habuiſſe. Conducūt deinde & aliæ eiuſdem venditionis clauſulæ, ibi: *Quatenus de cætero vos dictum Rodericum Garcia de Villalpando, & quos volueritis, habeant, & teneant pro domino directo, & naturali dictorum loci, & Manſi*, quod verbum *de cætero*, duo denotat: Primum, quod poſſeſsio, quam huc vſq. habuerat Rodericus, erat tanquam dominus vtilis: Secundum, quod ab hinc in poſterum incipiebat poſsidere, & habere dominium directū, & allodiale, & ſic, ab eo tempore, ius fœudale extinctū remanſiſſe. Præterea idem ſuadent alterius clauſulæ verba: *Et mandamus vobis, & quibus volueritis, omnia iura, quæ nobis competunt, & competere poſſunt, & debent in omnibus, & ſingulis quæ vobis vendimus, &c.* Ex quibus colligitur, quod caſu quo per inſtrumentum venditionis non fuiſſet venditum, & translatum dominium directum; quod exiſtente poſt modum dicto Rege Ioanne Rege Aragonū, & fœudum per reuerſionem extinctum, & dominium directū penes ipſum Regem Ioannem, quod virtute prædictorum verborum, dominium directum, & alodiale ipſi Roderico acquiſitum fuiſſe, & ad ipſum ſpectare. Denique, vltra ſupra dictas clauſulas, ex alijs etiam idem deprehenditur: Aſſerit

namque

namque Rex Ioannes, quod vendit dictum locum, *cum omni iurisdictione alta, & baxa, mero & mixto imperio, &c.* Et item, *extrahimus prædicta omnia, & singula, quæ vobis vendimus de iure, dominio, & proprietate, & posse nostro, & nostrorum.* Ex quibus omnibus venditionem hanc, non fœudalē, sed allodialem esse DD. inferunt: & in casu dubio, quo adsint clausulæ nonnullæ fœudum inducentes, aliæ vero allodium, pro allodio iudicandum Doctores existimant. Hijs ad stipulatur obseruantia subsequuta ducentorum annorū, per quod tēpus, tam Marchio, quam sui prędecessores, hæc loca & bona possiderunt, & possidet cum omni libertate, & sine præstatione aliqua iuramenti, & seruitiorum, absoluta vtendo potestate, cum tollerantia, & scientia, & sine contra ditione aliqua Domini nostri Regis, & suorum officialium, vt constat ex processus ex testibus super articulis 16. 19. 22. 25. 28. 31. 33. 35. & 39. & ex iurisfirma obtenta per Marchionem, & postea confirmata, de qua in Processu est facta fides, ad effectum ne impediretur vti absoluta potestate, in dictis locis: quam recognouerunt vassalli. Marchioni, & eius Patri, in possessione per eos, & eorum quemlibet capta in successione dictorum locorum, cum præstatione homagiorū, & alijs requisitis, absolutam potestatem demonstrantes, vt ex duabus scripturis suarum possessionum exhibitis apparet. Quid igitur magis oppositum fœudo, & dominio vtili ex cogitari potest, quam vsus potestatis absolutè? ergo cum constet, ex supra perpensis, Marchionem, & suos prędecessores eam habuisse, per necesse intelligere deuemus, venditionem prædicto Roderico factam per Regem Ioannem, non in fœudum, sed in alodium fuisse celebratam, per eamque dominium directum venditum, & translatum fuisse. Neque supradictis quidquam refragari videntur, quæ ex aduerso obijciuntur, videlicet, per dictum actum Curiæ æditum apud villam de Valderobres, per præfatum Regem Alfonsum, & Curiam generalem simul, Anno millesimo quatuorcentesimo vigesimo nono, nequaquam Regi

Ioan-

Ioannis Nauarræ, facultatem præstitam fuisse vendendi, & transferendi directum, & supremum dominium, quod residebat in persona Regis Alfonsi, & sibi reseruauit in decreto in sub infœudatione interposito, ipsi Roderico facta per dictum Regem Ioannem, in illis verbis, ibi: *Absque tamen nostro præiuditio, autoritatem nostram interponimus, pariter & decretũ, seruitio, & iuribus nostris in omnibus semper saluis*, sed, dum taxat, dominium medium, etiam per doctores directum nuncupatum, quod habebat, & pertinebat Regi Ioanni infœudato per Regem Alfonsum suum fratrem, respectu Roderici sub infœudati; & quod prædicta facultas, per dictum Actum Curiæ concessa ipsi Regi Ioanni, fuit limitata ad iura, quæ ipse posidebat, vt colligi videtur ex ipsiusmet actus Curiæ verbis, ibi: *El señor Rey, y la Corte, por contemplacion del señor Rey de Nauarra, & Compte de Ribagorça, &c.* Et ibi: *No contrastant qualesquiere vinculos, y condiciones, con las quales el dito Rey de Nauarra, & Compte de Ribagorça poside el dito Condado.* Quæ dum taxat respectum habuerunt ad sub mouenda impedimenta, & vincula, quibus Rex Ioannes possidebat dictum Commitatum, & sic in eis nullatenus dominium directum, quod erat penes Regem Alfonsum, cõprehensum videtur, nam suficit, quod sortiãtur effectũ, & verificẽtur in eo, silicet, quod quamuis, secundum vsaticos Cathaloniæ, erant vocati descendentes masculi Regis Ioannis, potuisset in extraneos alienare, contra seriem vinculorum, cum quibus præfatus Rex Ioannes dictum Commitatum posidebat infœudum honoratum, non obstante filiorum, & descendentium vocatione, nam facultas Actus Curiæ fuit ad repellendam prohibitionem, quam habebat Rex Ioannes, alienandi in alios, quam hæredes sanguinis, secundum verba cum quibus fuit infœudatus per Regem Alfonsum, ibi: *Vobis inclito Infanti vestrisq; legitimis successoribus imperpetuum.* Et sic sub infœudando non poterat alienare in extraneos, in præiuditium illorum, nam translatio semper intelligitur cum eisdem conditioni-

bus,cum quibus primus infœudatus rem poſsidebat,& cõſequenter, cum Rex Ioannes non potuiſſet ſub infœudare in extraneos,in præiuditium ſuorum filiorum,&deſcendentium,fuit neceſſarium placitum Regis Alfonſi,& actus Curiæ adhoc, vt non obſtantibus ſuæ infœudationis vinculis, potuiſſet vendere vtile dominium,& hoc operantur verba illa actus Curiæ,ibi: *No contraſtant qualeſquiere vinculos & condiciones*,non vero directi dominij remiſsionem,quod reſidebat in perſona Regis Alfonſi,& ſibi reſerbauit, vt dictũ eſt,quia alienandi facultas ſtrictiſsimè eſt intelligenda, nec protrahi debet de caſu ad caſum, & hoc non obſtantibus clauſulis,quamtumuis exhuberantibus,in venditione ſubſecuta comprehenſis,& etiam ſi per verba clara, & expreſſa dictum fuiſſet, quod in dicta venditione dominium directum,quod Regi Alfonſo pertinebat comprehenderetur, quod nullius foret momenti ad illud vendendum,& tranſferendum defficiente facultate. NAM reſpõdetur,quod in præſenti caſu non agitur,nec poteſt intelligi, quod agatur de dominio ſuperiori & ſupremo, vulgariter a doctoribus nuncupato, *el Soberano*; quod reſidet in perſona Principis ſuppremi,ratione protectionis;cuius reſpectu bona etiam alodialia & libera ſubiacent, quia huiuſmodi dominium, tamquam aflixum,& raddicatum Coronæ Regiæ, non poteſt auelli, nec venit in quacumque conceſsione, etiam in allodium. Sed dum taxat, loquimur de dominio directo, quod pertinet domino Regi, tamquam ad dominium particulare caſtri,ratione vaſſallagij,& alicuius ſeruitiorum reſeruationis,ad cuius tranſlationem,licet conſenſus ſimplex domini directi,preſtitus ad alienandum, non ſufficiat,neq; inducat dominij directi renunciationem, cæterum ſi conſenſus ad alienandum tam largus interuenerit,& per verba larga,& effuſa preſtitus ſit,vel in fœudi conceſſione, vel ex poſt facto,ius dominij directi in alienatione extingitur, licet in ſimplici cõceſsione nõ cenſeatur remiſſum.Cumque, facultas Actus Curiæ concepta reperiatur per verba tam cõprehen-

prehensiua, quæ, salua ratione, nullam restrictionem, nec limitationem admittunt, vt deprehenditur ex illis verbis: *No contrastant qualesquiere vinculos, & condiciones, con las quales, &c.* quæ vtpote indeffinita æquipolent vniuersalibus, etiam in odiosis, & restringibilibus; & propter verbum efrenatum. *Qualesquiere*, & quia non est maior ratio, quare magis verba predicta, tam comprehensiua, generalia, & indifinita refferantur ad hæc grauamina, quam ad alia, cum posint ad omnia refferri, propter verborum capacitatem, præsertim in hoc Regno, vbi propter statutum cartæ, verba generalia, generaliter sunt intelligenda, & interpretanda etiam in odiosis, ne videlicet, ex verborum restrictione, proprietas, & significatio reddatur, dicendum existimamus cōsensum Regis Alfonsi, & Curiæ, ad translationem dominij directi, Regi Ioanni præstitum fuisse, cum ad vtilis venditionem, & translationem, vt dictum est, necessarius non esset, quia vt fœudum honoratum, & bona solita infœudari, sine eo alienare poterāt. Accedit, quia prædicta facultas fuit concessa a Principe in Principem, quæ latisimè interpretari debet, & casu quo in ea, eius intelligentia aliquod verteretur dubium, per venditionem statim per Regem Ioannem factam, dicta facultate Actus Curiæ vtendo, satis declarata remansit, quia dispositionis, etiam ambiguæ, nulla solet esse melior declaratio, quam ea quæ sumitur ex facto postea subsecuto, maximè cōcurrentibus tot clausulis, tam exhuberantibus desuper ponderatis, & perpensis in venditione dictorum loci, & Mansi, quæ potius in allodium factam fuisse suadent, quam in fœudum, quod nequaquam dici, neque intelligi potest, nisi expresse directum dominiū reseruetur. Nec denique obstant verba illa venditionis, ibi: *Et cum iure etiam quod nobis, quomodolibet, competit, & spectat in fœudo dicti loci de Estopañano*: Ex quibus colligi videtur, dumtaxat, fœudum, quod habebat in loco de Estopañan, per Regem Ioannem, Roderico venditum fuisse, minimè verò directum & allodiale. Ocurritur enim dupliciter

citer. Primò, verba supradicta stare ampliatiuè ad fauorem Roderici Garcia, nam dictio, *etiam*, est ampliatiua, implicãs maiora expressis, & eius natura cõsistit, in sustinenda dispositione, in casu magis dubitabile, & illius verus sensus est, quod vbi non obstantibus tot, tantisq. verbis, & clausulis vniuersalibus, de quibus in instrumento venditionis, existimaretur, & dubitaretur, quod Rex Ioannes retinebat aliquid, in dictis locis, quos vendiderat, illud quod fuisset, sic etiam, si illud possidebat, vendidit, alienauit, & voluit quod includeretur in dicta venditione, & nominauit illud fœudum, quia huc vsq. fuit fœudum, & eius qualitas non extincta remansit, nisi de cætero. Secundò respondetur, quod concurrentibus tot, tantisq. clausulis in præsenti venditione, quæ non compatiuntur cum fœudo, nil refert, etiam si sub nomine fœudi fieret, & celebraretur contractus. ABSOLVITVR præterea idem Marchio, a contentis in petitione pro parte vniuersitatis præfatæ villæ de Estopañan, respectu dominij terminorum, montium, & pascuarum dictorum locorum: quoniam ex deductis, & probatis in processu apparet, ipsorum dominium, & proprietatem ad dictum Marchionem pertinere. In primis, ex instrumento, & titulo venditionis, per Regem Ioannẽ ipsi Roderico factæ dictorum locorum, in vim actus Curiæ, vbi asserit Rex Ioãnes, quod vendit dictum locum, & Mansum, Roderico, *cũ riuis, paxtis, hæreditatibus cultis, & in cultis, pratis, siluis, arboribus fructiferis, & in fructiferis, terminis, & pertinentijs vniuersis, & quibusuis alijs iuribus dominicaturæ dictorũ loci, & Mansi, & cuiuslibet eorum, nobis dicto venditori in ipsis castris, locis, & terminis ipsorum, & cuiuslibet eorũ pertinentibus, &c.* Ex quibus verbis liquide constat, Marchionem, tanquam descendentem, & habentem ius, & causam ab ipso Roderico emptore, titulum efficacem habere ad sui dominij inclusionem. Item & ex instrumento sententiæ arbitralis per Illustrissimum, & Reuerendissimum Dominũ D. Illefonsum ab Aragonia Archiepiscopum Cæsaraugustanum

tanum

tanum, Anno millesimo quatuorcentessimo nonagesimo quinto prolatæ, inter Franciscum de Funes, & de Villalpan do Dominum Baroniæ de Quinto ex vna parte, & Concilium, & vniuersitatem loci de Estopañan ex alia, in qua præ fatus Archiepiscopus Arbiter declarauit, heruagia, heruas, & adempriuia terminorũ dicti loci de Estopañan, supra dicto Francisco de Villalpando, & suis pertinere, nequaquam verò Iuratis, & Concilio prædicti loci, neq. singularibus eiusdem, & hoc intuitu, & contẽplatione hisce verbis adiectis. *Porque es cierto, y notorio, assi en todo el Reyno de Aragon, y en el Condado de Ribagorça, e otras partes, el Padre, y Abuelo del dicho Francisco de Funes y Villalpando, seyer esta do señores del dicho lugar de Estopañan, terminos, montes, pastos, y yeruas de aquel: & los ditos Iurados, e Concello del dito lugar, & singulares de aquel, como vasallos del dito Francisco de Funes y Villalpando, no ayan demostrado derecho alguno, por el qual parezca los heruages y yeruas del dicho lugar, pertenecer a los dichos Iurados, y Concello del dito lugar.* Per quæ clarè demonstratur, dominium prædictorum terminorum, & heruagiorum eorundem ad dictum Marchionem spectare, quod instrumentũ tam antiquum, vltra quod ei lux veri tatis assistit, facit ius inter partes litigantes, & effectum confessionis operatur Concilij loci de Estopañan: siquidem, verba arbitri, & factum ipsius, pro facto partium, & verbis reputantur. Corroboratur huiusmodi titulus, nam in vim ipsius, & eius executionem, quidam Dominus, & possessor prædicti loci arrendauit heruagia dictorum montium, & transitum, dictum vulgariter *de las Cauañas*, immediate, & proximè post dictam sententiam arbitralem, vt ex actu arrẽdationis in processu requisitoriæ exhibito, de quo in præ senti facta est fides apparet, vnde infertur, quod Concilium & singulares loci de Estopañan, non possunt refricare domino suo dominij quæstionem. Hijs accedit possessio immemorialis legitimè probata per Marchionem super articu lis 16. 19. 22. 25. 28. 31. 33. 35. & 39. suæ cedulæ de-

D fen-

fensionis , super quibus testes cum omnibus qualitatibus , & requisitis a iure necessarijs ad concludendam immemorialem asseuerant, omnes possessores respectiue dictorum loci, & mansi, a dicto Roderico, vsque ad Marchionem extitisse dominos, & veros possessores montium, & heruagiorum eorundem loci, & mansi, cum actibus specificis dominium eorum denotantes, ex quibus omnibus pro comperto habemus, & pro certo existimamus, dominium prædictorum montium loci de Estopañan, heruagia, & pascua ipsorum ad Marchionē pertinere. NEC superioribus obstare videntur, quæ ex aduerso perpenduntur, silicet, titulum vniuersitatis loci de Estopañan efficaciorem esse, ad obtinendum dominium montium præfati loci, per eum prętensum, ex asistentia, & præsumptione iuris, quam habent vniuersitates per asignationem terminorum, per Reges factam in eorum populatione, quando eos adquirebant, & a posse Maurorum eripiebant, qui montis vniuersitatis efficiebantur, tamquam proprium patrimonium, & dotes ipsius, & sic dicendum videtur Regem Ioannem, per venditionem Roderico factam, nequaquam dominium montiū transferre potuisse præfati loci de Estopañan, quod non habebat, & ipsi vniuersitati competebat, ex prædicta iuris præsumpta asignatione, quam, præsumendum est, per Regem, seu Principem, qui dictum locum de Estopañan acquisiuit factam fuisse ei, sicut & alij Principes, Reges, seu domini in alijs locis per eos respectiue acquisitis fecerunt, cui sufragatur immemorialis possesio per dictam vniuersitatem allegata, & probata, atq; tribus actibus arrendationum per eam exhibitis roborata. NAM respondetur, præsumptam terminorum asignationem, a iure introductam, non sufficere, nec sufragari intentioni præfati loci de Estopañan, non constito de tittulo, vel instrumento asignationis terminorum, ex Doctorum censura, cum hæc sit facti, & non præsumatur, nisi probetur; maximè concurrentibus titulis desuper perpensis, & pro parte Marchionis exhibitis,

tis, cum quibus eliditur, & conuincitur prædicta iuris præsumptio. Tum & etiam, immemorialis possessio destruitur per confessionem emmissam per dictum Arbitrum in sententia arbitrali (quod idem censemus ac si per dictam vniuersitatem factam fuisset, cum Arbitrorum factum partium factum existimentur) in qua Arbiter in hæc prorrūpit verba, ibi: *Porque es cierto, y notorio*, *&c.* & in vim prædictæ sententiæ arbitralis, & in eius executionem, & immediate post ipsam, dominus, & possessor prædicti loci arrendauit pascua dictorum montium, nulla subsecuta contradictione prædictæ vniuersitatis, & hominum ipsius, imo potius con sentientibus, & aprobātibus, vt probatur per Marchionem a tempore præfatæ sententiæ arbitralis, & antea, vsque ad pręsens, continuò Dominos, qui fuerunt prædictæ villæ, extitisse veros & indubitatos prædictorum montium, & heruagiorum eorundem possessores, cum actibus suficientibus ad inducendum dominium: quid quod Testibus Marchionis magis credendum est, quia deponunt pro instrumentis per eum exhibitis, & quia Testes villæ de Estopañan non declarant, ipsam possedisse, & arrendasse iure proprio, & po tuit accidere quod fuisset permitente domino, & tanquam arrendatores ipsius, vnde inferri decernimus, prædictam im memorialem nequaquam suffragari posse prędictę villę de Estopañan. Nec denique instrumenta arrendationum, quia dederunt causam litti, & sunt turbida, & ex eis nulla potuit dictæ vniuersitati acquirere possessio, vt ex serie, & tenore processus requisitoriæ, in Processu exhibito apparet, prout præsens Curia censuit, & iudicauit. VLTIMO reseruatur domino nostro Regi, ius, si quod habet, & competit in vim instrumenti de quo in sententia, quia illud continent quid, pro parte domini nostri Regis implendum, & cum non alle getur, neq; dicatur esse promptum, & paratum ad illud faciendum merito, tamquam in oportune, & in tempestiue agens, non posse eo vti, sed ad exercitium, & vsum illius remitti debere, iudicandum censemus. Et ex hijs & alijs Attent. Content.

SIG✠NVM mei Ioannis Martini de Mezquita, Ciuis Cæsaraugustani, Notarij publici, Scriueq; principalis, & Secretarij Cameræ Consilij Curiæ Dñi Iustitiæ Aragonum, qui huiusmodi vota, & motiua, a libro motiuorum dicti consilij, de anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo, vbi continuata, & descripta existunt fideliter sumpta, & collationata, extraxi, & signaui, cum interlineato interdictiones, secundum, quod, & supra posito vbi legitur, præfata, &c.